Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Astronomica - Cod. Ettenheim-Münster 165

Moingenat, Johannes

[S.l.], 1623-1624

Articvlvs VII.

urn:nbn:de:bsz:31-114277

Visual Library

tardius aliquando eam insigniter successu temporis, quae in cae
lo contingant velut aureus numerus, quod fieri potest
ob causam eandem superius commemoratam, eo quod luna
fedam suam annis 312 cum medio uno die anticipet,
25 v. annorum centenis diebus octonis. Providentur cau
tum est mandatum ut intra eiusdem spatium 27 annorum
sexies centurias epactae octies unitate augerentur, minue
rentur v. unitate, tum quod aequatio cum mense lunari qui
alternis tantum 29 et 30 constat diebus et cyclo epactarum
q. 30 semper facienda est, quod in post multa saecula contin
get, quam in rem est accommodata tabula fuit epactarum,
quam vocant expansam, ut ratione eius aequationis habita
ingressusque in tabula facto descendendo ad inferiorem
descensus, nunc ascendendo ad superiorem quaerens, com
patur epactam de qua re plura loco ut ipse dedit, fla in
errore omnis si quis post aliquot millenos eveniat annos ad
dictum modum corrigetur, adhibita simul auctoritate
summi Pontificis.

ARTICVLVS VIItus

De novo Calendario.

Calendarium novum constat iisdem columnis quinque, quae
madmodum vetus, discrepatque a vetori in columna
quarta tantum in qua ordine retrogrado 30 epactas ponit.
Est autem epacta aliud nihil, quam excessus anni solaris
communis supra lunarem eiusdem, ut quia annus solaris exce
dit lunarem 11 diebus undenarius hic vocatur epacta
et quando sequenti anno solaris excedit lunarem 22 diebus
dicuntur eodem anno ijdem 22 dies insititij sequen
tis anni epactae a vocabulo graeco ἐπάγειν deri
vandi, idemque est quod intercalare, inserere, superinducere.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST


linea parallela
linea perpendicularis
linea Horizontalis

quae res in hunc modum declaratur, cadat novilunium anno
aliquo currente in 1. Jan. proxime sequens annus habebit Epa
ctas 11 diebus videlicet in 20 decembris. Porro Epactae
duplex habent officium primum est ostendere quot diebus annus quoque
dierum solaris et lunaris superat alterum, secundum indicare dies novilu
niorum Ecclesiasticorum per annum currentem

Coordinatio autem Epactarum in Calendario talis est primo Ja
nuarii ascripta est Epacta 30 seu Asteriscus in eius
loco, reliquae ordine retrogrado 29. 28. 27 et sequentes
quia vero omnibus epactis duodecies positis in fine anni res
tinguntur tantum quinque dies vacui cum tamen 11 reliqui debeant
veluti dictum est, sequitur ut 11 vacui relinquantur e totis 5to Feb:
8to Aprilis et hae duae epactae 25. 24. eidem diei sunt ascri
ptae ne autem in uno eodemque cyclo decemnovenali 2 novilu
nia in eundem diem incidant est epacta 25 alio charactere
vero mensibus, in quibus binae epactae 25. 24 sunt copulatae
cum superaddita epacta 26 in aliis cum epacta 25; quae dispositio
tiones in utroque Calendario invicem dictis novis sunt factae
ut lunationes alterna erunt dierum 30 et 29. Est ergo ad
ultimum decembris Epacta haec 19 alio charactere posita
ne quando epacta 19 recipit epactam unitam una lunatio
fiat 59 dierum, quod esse fieret, cum a 20 decembris cui
ascripta est Epacta 11 sunt dies 59 quae ordinatio Epactarum
est desumpta est ex 2da appendice Arithmeticae S.
Landif editione 2da. Porro litera Dominicalis in ali
bus disponuntur in tono, quae in veteri Calendario
singulis annis semper retrogrado ordine leguntur,
ita ut quando hoc anno currebat litera F Dominicalis sequenti
anno pro futura litera E. 3o litera D et sic deinceps
ordine retrogrado. Quia autem mutatio et varietas literarum

dominicalium absoluto tota in novo Calendario non nisi post 400 annos intra quos in ipsis singulis antesiniis epactarum annos, unitate tor augentur, ob tres annos, dierum intercalares amissos, praeterea annus nominis aera ecclesiastica postmodum aeternum inducitur. Dispositio denique religiosa festorum mobilium praeterea aureus numerus, epactae litterae dominicales similesque tabulae passim in omnibus breviariis, missalibus et officiis in fronte Calendarii ponuntur quia de re haec temporisque ratione haec sufficiunt, qui plura desideras legat Clavium contra Möschlinum, Joannem [illegible]

ARTICULUS VIII.
De Regulis Practicis Calendarii.

Expeditis iis, quae fundamenti loco de tota Calendarii summa dicenda erant, restat ut ea quae vel in longis tabulis comprehenduntur vel ex dictis colligi possunt per practicas quasdam regulas et praecepta arithmetica facilia indagari doceantur.

Regula 1.ª
De Cyclis, eorumque annis indagandis.

Generale praeceptum omnium Cyclorum hoc traditur, anni tot annis Christi addatur vel ex illis subtrahatur, quot annis initium cyclorum praecessit Christum natum vel subsecutum fuit quod per singulos cyclos eundo exemplis declarabitur, deinde aggregatum per numerum Cycli dividatur quotiens in cyclos transiectos, et residuum ex divisione annum cycli currentem, primum vel secundum vel 3.tium ostendet.